Data VI. id. iun.[b]) anno incarnationis DCCCCLXXV, indictione II., regni domni Ottonis XIIII, imperii autem VI.; Dornburg.

22.

Kaiser Otto II. schenkt dem Bischof Hugo von Zeitz die Städte Zeitz und Altenburg und mehrere Ortschaften in den Gauen Plisni, Puonzowa, Ducharin und Weta, in der Grafschaft Wiggers.

Grone, 9[7]6 Aug. 1.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Naumburg.
Gedr.: Lepsius, Geschichte der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1,173. Stumpf 686.
Anm.: Vergl. Einl. S. 9 Anm. 10. S. A. 13 Anm. 10.

(C.) :In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Omnium fidelium nostrorum praesentium et futurorum noverit: | pia devotio, qualiter nos ob amorem dilectae coniugis nostrę Thephanu[a]) videlicet imperatricis augustae[b]) nec non et interventum fidelium nostrorum Adalberti Magde|burgiensis ęclesiae archiepiscopi et Uuigeri comitis[c]) et Hugonis[d]) Iticensis aeclesiae episcopi ob honorem beati Petri principis apostolorum supradictae aeclesiae Itacensi nostrae proprietatis civitatem Altenburg dictam cum villis Zemouuua, Podegrodici, Zebecuri, Buosendorf, Trescouua, Masceltorp, Rodiuue, Godessouua, Lysina in pago Plisina vocato in comitatu Uuigeri comitis sitis et in pago Puonzouua dicto praenominatam[e]) episcopalem civitatem Itacam cum villis Podegrodici, Luongonosi, Bocmani, Nicaszauuiz, Neunaiz, Brodici, Chube, Buosenrod, Lonisgo, Trebesciz, Gruonouua in comitatu eiusdem Uuigeri comitis in pago Ducharin nominato basilicam cum aeclesiastica dote et villis Bisilouua, Strecouua, Longonosi, Bresnizani in utroque litore ripę in comitatu supra memorati Uuigeri comitis et in pago Uueta vocato basilicam in Gruza cum dote Golobina et aliis villis Chaca[f]) et Chaca, Churuuuiz, Cesice, Suseliz, in comitatu ut supra, in Dornburg[g]) basilicas tres et [cum][h]) villa Eggoluesstat et alia dote, in Chirihperg basilicas duas cum villa et in Imelebe duas in proprium[i]) dedimus atque easdem[k]) civitates sive villas cum omnibus utensilibus ad eas rite pertinentibus, mancipiis[l]) utriusque sexus terris cultis et incultis silvis venationibus exitibus et reditibus aquis molendinis[m]) et aliis appendiciis[n]), quae dici[o]) possunt, a nostro iure in ęclesiae ius perpetualiter habendum transfudimus atque tradidimus ac novo nostrę regię praeceptionis[p]) donativo praedictę[q]) ęclesię confirmamus et, ut in perpetuum perseveret, hoc praeceptum[r]) inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus manuque propria, ut intus videtur, corroboravimus.

:Signum domini Ottonis (M.) invictissimi imperatoris augusti.: (SJFR.)[s]) (SR.)
:Egpertus cancellarius ad vicem Uuiligisi archiepiscopi recognovi.:

21. *a)* id̄ iun̄.

22. *a)* coniugis[nrę] thephanu. *b)* auḡ. *c)* comittis. *d)* huguonis. *e)* p̄nominanā. *f)* ch[a]ca. *g)* dorb[n]urg. *h) fehlt.* *i)* in imelebe — proprium *auf Rasur.* *k) Vor* easdem *ist radirt.* *l)* mancipiipiis. *m)* molen-[ni]dis. *n)* appendciis *o)* q[a]e dici *auf dem Rand beginnt die Zeile.* *p)* p̄ceptionis. *q)* p̄dictę. *r)* p̄ceptum. *s) Foltz, Otto II. 4.*